

## I. VERSION LATINE

### Plaintes d'Ariane

*Dans une lettre adressée à Thésée, Ariane retrace les circonstances de son abandon sur l'île de Naxos.*

Excitor<sup>1</sup> et summa Thesea<sup>2</sup> uoce uoco.  
« Quo fugis? » exclamo. « Scelerate reuertere Theseu<sup>3</sup> !  
Flecte ratem ! Numerum non habet illa suum ! »  
Haec ego ; quod uoci deerat, plangore replebam ;  
uerbera cum uerbis mixta fuere meis.  
Si non audires, ut saltem cernere posses,  
iactatae late signa dedere manus,  
candidaque imposui longae uelamina uirgae,  
scilicet oblitos admonitura mei.  
Iamque oculis ereptus eras ; tum denique fleui ;  
torpuerant molles ante dolore genae.  
Quid potius facerent, quam me mea lumina flerent,  
postquam desierant uela uidere tua ?  
Aut ego diffusis erraui sola capillis,  
qualis ab Ogygio concita Baccha deo ;  
aut mare prospiciens in saxo frigida sedi,  
quamque lapis sedes, tam lapis ipsa fui.  
Saepe torum repeto qui nos acceperat ambos,  
sed non acceptos exhibiturus erat,  
et tua, quae possum, pro te uestigia tango  
strataque, quae membris intepuere tuis.  
Incumbo lacrimisque toro manante profusis :  
« Pressimus », exclamo, « te duo ; redde duos.  
Venimus huc ambo ; cur non discedimus ambo ?  
Perfide, pars nostri, lectule, maior ubi est ? »  
Quid faciam ? quo sola ferar ? uacat insula cultu ;  
non hominum uideo, non ego facta boum.

Ovide, *Héroïdes*

## II. THÈME LATIN

Je ne méprise pas les hommes. Si je le faisais, je n'aurais aucun droit, ni aucune raison, d'essayer de les gouverner. Je les sais vains, ignorants, avides, inquiets, capables de presque tout pour réussir, pour se faire valoir, même à leurs propres yeux, ou tout simplement pour éviter de souffrir. Je le sais : je suis comme eux, du moins par moments, ou j'aurais pu l'être.

M. Yourcenar, *Mémoires d'Hadrien*

---

<sup>1</sup> Sous le coup de la douleur, Ariane s'était évanouie.

<sup>2</sup> *Thesea* : accusatif singulier.

<sup>3</sup> *Theseu* : vocatif singulier.